



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Blanditiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

82 BAPTISMVS I I I I.

mortali occulto, vel notorio. nu. 123. restituendi sunt fructus beneficij cuius titulus scienter fuit nullus. cap. 25. num. 113. §. 3.

Peccat mortaliter, qui fructus sui beneficij in plures quam in tres annos locat, vel dat in emphyteusim. num. 130.

Canonici, ac Dignitates, nisi infra duos menses post possessionem confiteantur fidē coram Episcopo, & etiam coram Capitulo, non faciunt fructus suos. num. 136.

Fructuum reservationes, vel pensiones non assignetur super fructibus Episcopatus, non excedentibus summam mille ducatorum, vel super Ecclesiis parochialibus, non excedentibus centum. num. 137.

Legens Theologiam, vel Canones potest percipere fructus beneficij etiam absēs, dum publicē in scholis docuerit. Idem de discente in scholis easdem facultates. num. 18. §. 3.

De residentia in beneficiis. vide tit. Residentia.

BIGAMIA vide in tit. Irregularitas. II.

BLANDITIÆ.

A BLANDITIÆ non faciūt rescindi cōtractum per illas factum, sicut facit metus.



tus. Ratio est, quia concupiscentia nō minuit, sed auget voluntarium: metus verò minuit illud. Præl. 6. num. 8. & Nouo num. 7. Atque ob hanc rationem infertur non esse idem blanditiis consentire, ac metu. cap. 17. 15. Passio enim amoris non inducit in voluntarium, sicut passio timoris: imò si- cut iste consensum diminuit, ita ille illum augmentat. ibid.

Sed hoc non procedit quando sub preci- bus, & blanditiis tacitè latent minæ, quales solent inesse blanditiis aliquorum Domi- norum, qui solēt male tractare eos, qui suis precibus non consentiunt. ibidem.

De testamento per blanditiias mariti fa- cto: & de foemina, quæ obtinet per eādem ab amico aliquid. vide in tit. Testamentum. & in tit. Meretrix.

BLASPHEMIA.

BLASPHEMIA est dicere aliquid con- A
sumeliorum contra Deum. Quod quidem
fit tribuendo Deo, quod ei non conuenit,
vel auferendo, quod conuenit, vel tribuen-
do creaturæ, quod est proprium Dei. Est
que vel mentalis tantum, vel vocalis, vel
scripta. cap. 12. num. 81.

Blasphemia contrariatur fidei, & chari-
F 2 tati